

Compositus cum  
commento

Magistro Aviano  
Auctore.





156

**Liber qui Compositus inscribitur vna  
cū figuris & manib[us] necessarijs tam  
in suis locis q[uod] in fine libri positis In/  
cipit feliciter.**



**Ex orta est iusto.** Psalmista. Ista uera  
ba possunt dupli-  
citer considerari. ¶ Primo possunt dici de  
deo qui est lux uera: ideo dicebat David.  
Lux orta est iusto. Et de ista luce dicitur Io  
hannis primo Erat lux uera q[uod] illuminat om  
nem hominem uenientem in hunc mundum. ¶ Secundo  
ponitur de scientia: Et dicitur lux quasi scientē reddentē  
lucidum: quia facit hominem scientem esse lucidū. In qui  
bus uerbis ad commendationē scīetie duo breviter tangunt  
¶ Primo enim tāgitur scīe altitudo preciosa per hoc q[uod] dicit lux. ¶ Secundo largitudo gloriola p[ro] hoc q[uod] dicit orta est.  
Primū probatur auctoritate & ratione. Auctoritate Isido  
ris sic dicentis. Scientia est fons indeficiens bonitatis uia sui  
saluatoris cognitio. Ratione sic. Illud est ualidū & preciosum  
q[uod] de inualido & imperfecto facit ualidum & perfe  
ctum. Scientia est h[ab]mōi. ergo zc. Maior est manifesta. Mi  
nor declaratur per p[er]h[ab]m tertio de anima sic dicentē. Ani  
ma in principio sue creatiōis est tanq[ue] tabula rasa in qua nō  
bil depictum est depingibilis tñ scientiis & uirtutibus. Pri  
mū probatur auctoritate Boetii & ratione in prologo aris  
metice. Scientia est eorum que uera sunt & imputabilis  
essentie nostrae cōprehensione ueritatis. Ratione sic. Il  
lud est tanq[ue] summū bonum q[uod] habet largitionem glorio  
sam. Scīa est h[ab]mōi. ergo zc. Maior est uera. Minor probat  
per diffinitionem scīe que talis est. Scientia est quidā ha  
bitus animae rationalis nō innatus sed acquisitus omnium  
humanaū rerum indagatrix & totius humanae uite gu  
bernatrix. Q[uod] scīa sit habitus patet. quia scīa est altq[ue] exi

Rens in anima. sed omne illud quod est in anima aut est habi-  
bitur aut potestia aut passio. Et hoc testatur Aristoteles in libro  
ethicorum. quod scia non sit passio patet. quia passiones sunt in  
voluntate scia non est homini. ergo scilicet non sit potentia pa-  
tet. quia quelibet potestia fit a natura sicut trascibilis & co-  
cupiscibilis. & sic relinquitur quod non sit potestia. quod sit habi-  
tus anime rationalis patet per predicta. quod autem sit habitus non  
innatus patet. quia si ille habitus qui est scientia esset inna-  
tus anime. omnia animam haberent istum habitum a na-  
tura quod est fallum. quod sit habitus humanae rerum indaga-  
trix et gubernatrix. patet quod sine scientia nihil potest gu-  
bernari. Et quod sit habitus totius uite humane eiusque guber-  
natrix patet per Phoenicianum. ubi dicit quod sapien-  
tis est alios regere & ordinare: nec ab aliis ordinari. & quod  
omnis scientia ad dei cognitionem ordinata est. & deum cognoscere  
non possimus nisi per dominum testante David. De  
us in domibus suis cognoscetur ideo dominum dei cognosca-  
mus necessario. Vnde dicit beatus Augustinus quatuor sunt ne-  
cessaria in domo dei. scilicet grammatica ad uerba dei exponenda  
Musica ad laudes dei decantandas. Ius canonicum ad iuri-  
a ecclesiastica defendenda & discernenda. Copotus ad fe-  
sta mobilia & immobilia inuenienda. Post uidendum est quid  
sit tempus. Tempus est quo mundus incipit & mundus fi-  
niat. Tempus sic diuiditur per perygenesim. & est peryge-  
nesis spaciū. xv. mille annorum & hoc maxime a magis &  
philosophis denominatum est. Dicunt enim quod oes stelle &  
planete se mouerunt. Perygenesis diuiditur in etatem que con-  
tinet tria millia annorum vel eo circa. Et sunt septem etates  
secundum antiquos. Vnde uersus.

Incipiens ab adam quam formauit deus etas  
Ad noe transiuit prima sequens ad abraham  
Ad dauid extendit se tertia quarta subinde  
Ad transmigrantes in babylonem fuit  
Quinta petit cursum Christi uenientis ad ortum  
Ad finem mundi currere sexta parat

**C**lauditur in requie sanctorum septima culus  
**C**laudere fulgorem uespere nulla parat.  
**I**tem debemus notare annos a creatione mundi usq; ad  
 natuitatem dñi. sume enim quinq; millia annorū & duce  
 tum minus uno. Vñ uersus.  
**Q**uingentos decies cū bis centum minus uno  
**A**nnos dic ab adam donec uerbum caro factum.  
**E**tas diuiditur in euum. Est autē euum spaciū mille an  
 norum. Nulla enim tabula excedit mille annos. Euum di  
 uiditur in seculū. Est autē seculū spaciū centum anno  
 rum. Seculū diuiditur in inditionem. Et est inditio spaciū  
 xv. annorū. Indicio diuiditur in lustrū. Et est lustrū spaciū  
 quinq; annorū. Lustrū diuiditur in annū. Annus diuiditur  
 i quatuor tēpora. scilicet in Ver. Estatē. Autumnū & Hiemē &  
 quodlibet istorū in tres menses. & quilibet mensis in qua  
 tuor hebdomadas. & quilibet hebdomada in septē dies.  
 et quilibet dies in quadrantes. & quilibet quadrans in sex  
 horas. & q̄libet hora in quatuor puncta. & quodlibet pun  
 ctum in decem momenta. & quodlibet momentū in duo  
 decim uncias. & quilibet uncia in uigintiocto athomos.  
 Athomus est ita paruū spaciū q̄ nō potest plus diuidi prō  
 pter sui breuitatem. Dicitur autē athomus ab a q̄ est sine &  
 thomos qđ est diuisio quasi sine diuisione.



**U**loniam in magno cōpoto tradite  
 sunt multe regule & diuerse a magistro ale  
 xandro de uilla dei & a quibusdā aliis ad in  
 ueniendum hec festa mobilia: & hoc sub dispendio mul  
 tum longo. & quia prolixitas est mater ignorantie & etiā  
 cecitatis: ideo a diuersis diuerse tabule tradite et edite fue  
 runt in quibus per unam solā līram dicta festa mobilia p̄n̄  
 sciri. Et quia de factis ex scriptorū uito & ignorantia erra  
 re possumus. ideo superuenerunt alii quorū quidā profai  
 ce. alii uero metrice hanc doctrinam iuncturis manus si

*huius  
magister  
ianus*

oistre describere uoluerūt. Inter quos fuit magister Auia-  
nus qui hanc doctrinā in iuncturis quinqꝫ digitorum ma-  
nus sinistre euidēter edocuit. Ideo causam quadruplicem  
inquiramus s. causam efficientem. materialem. formalē.  
& finalem. Causa materialis est omne illud quod in isto li-  
bro continetur. s. cōpotus metricus. Causa formalis est du-  
plex ut in aliis libris. s. forma tractandi & forma tractatus.  
Forma tractandi est modus agendi qui est metricus. For-  
ma tractatus est diuisio libri per capitula & capitulorū per  
partes minus p̄ncipales. Causa efficiēs fuit magister Auia-  
nus qui hūc librum composuit. ut dictum est. Causa finalis  
ut perfecto libro & memorie commendato possumus  
ad maiorem temporis noticiam peruenire. Subiectū hu-  
ius libri est tempus scđm cursum solis & lune cōsideratū.  
Causa suscepti huius operis est ut habeamus noticiā tem-  
poris in aliqua sui parte declarare. Utilitas maxima est qꝫ  
ut tangitur in magno compoto. Pudibundum est illud qđ  
laici sciunt clericos ignerare. s. qñ clericī nesciunt respon-  
dere de festis siue compoto. s. quinqꝫ festa mobilia in loco  
debito situare Alia utilitas quia illud qđ habemus in ma-  
gno compoto per multas regulas in iuncturis manus fini-  
stre & sub paucis regulis potest sciri. Supponit autē astro-  
logie scientie cum ibi de tēpore siue cursu solis & lune de-  
terminetur. Titulus ta'is est. Incipit compotus manualis a  
magistro Auiano metrice compilatus ad ignorantiam tem-  
poris expellendam. Hic titulus bonus est quia hic tangun-  
tur q̄tuor cause. s. causa materialis per hoc qđ dicit cōpo-  
tus manualis. Causa formalis per hoc qđ dicit meretricus  
Causa efficiens per hoc qđ dicit a magistro Auiano. Cau-  
sa finalis per hoc quod dicit ad ignorantiam temporis ex-  
pellendam & ista debent queri in principio cutuslibet li-  
bri. Versus. Forma uel efficiens cum causa materiali. Finis  
uel utilitas cui parti philosophie. Detur quis titulus ope-  
risqꝫ causa recepti. Principio libri debent hec omnia queri  
Et quia diuisio ualeat ad plura. s. ad memoriam firmiorem

habendam & ad faciliorem acceptionem & ad evidentiam pleniorum ideo iste liber dividitur. In prima parte proponit ponere denominationem sui libri. Et in secunda parte prosequitur. Prima pars. Cōpotus est talis. Secunda ibi. Quatuor in partes. Et ista in duas. In prima ponit quandā divisionem quadruplicem. secundo prosequitur de membris. Secūda. Ciclus solaris. Et hec divisione lectionis. In prima parte dicit auctor. iste cōpotus proprie dicitur manu lis quia in leua manu id est in sinistra cōpotus est nobis notus. Circa istam partem breviter tria sunt notanda. Primo quid sit compotus & unde dicatur. Secundo de nominibus digitorum. Tertio de iuncturis eorum. Compotus sic diffinitur. Compotus est scientia cōsiderans tempora distincta scđm cursum solis & lune prout ad usum ecclesie dinoscitur pertinere. Scientia ibi ponitur tanq̄ genus. I. tanq̄ superius quia ille est superius a quo non conuertitur cōsequentia subsistendi ut describitur in postpredicamentis. Per hoc quod dicit tempora consideras denotatur materia huius libri. s. compoti. Quoniam tempus est materia circa quam agit compotista non tñ dico tempus consideratum quolibet modo. sed scđm motum solis & lune. Et differt cōpotus ab astrologia sicut pars a suo toto: quia cōpotus cōsiderat solum motum solis & lune. sed astrologia totum motum omnium planetarum. Et dicitur compotus a computo computas non quia computare doceat sed quia computando docetur. Est autē compotus duplex. s. philosophicus & vulgaris siue ecclesiasticus. Philosophicus est qui nullas diminutiones temporis dimittit & est ineffabilis. Ecclesiasticus siue vulgaris est ille qui aliquas diminutiones temporis dimittit & est sepe fallibilis. Et sciendum est q̄ in anno sunt. ccclxvi. dies & sex bore de quibus fit una dies naturalis in quarto anno qui dies bisextus nuncupatur. Postea ad secundum accedendum est scilicet discere de nominibus digitorum. ¶ Primus digitus grossior vocatur pollex: ratto est: quia pollet in grossit. dinc uel for

tudine respectu aliorum digitorū. Secundus uocatur index quia mediāte ipso indicamus res quas uidemus. Tertius uocatur mediūs quia stat in medio aliorum. Quartus uocatur medicus quia medicinalis est uel quia phisici magis illo utuntur q̄ alii. uel quia eius ungula uenenum non patitur. uel quia in isto consuetū est ponere anulos medicinales. Quintus uocatur auricularis quia aures mūdat. uel minimus quia sit minimus aliorum. Post hec dicendū est de tertio. scilicet de nominib[us] iuncturarum Primo incipiendū est in loco inferiori in quo est iunctura indicis que radix appellatur. Secunda iunctura supraradix appellatur. Tertia iunctura secunda supraradix. Quarta uocatur summitas. Quinta subungula. Sexta secūda subungula. Septima grossa radix. Patet ergo q̄ in quolibet digito sunt septē iuncture excepto pollice in quo solū sunt quinq[ue] nec plures nec pauciores.

fir  
ibi  
ta  
par  
pti  
do  
Si  
uni  
ma  
mo  
qu  
bise  
effi  
sin  
quit

c

**O**mnes poteris est talis proprie dictus  
manualis  
**L**eua manus totū nobis facit hūc  
foxe notum.




**Q**uartuor in partes τc. auctor prosequitur de suo intento & dicit q̄ iste liber diuiditur in quatuor partes. In prima determinat de ciclo solari. In sc̄da de ciclo lunari. In tertia de festis mobili bus In quarta de quatuor t̄pibus anni. partes patebūt.

**Q**uartuor i partes opus hoc distinguere dēs  
Dat cīclum p̄ma solis luneq̄ secunda  
Tertia dat festa distinguit tempora quarta




**C**iclus solaris. In parte precedenti auct or posuit quandam distin<sup>c</sup>tionem quadrumembrem. Hic prosequitur de membris. Et diuiditur in quatuor partes. qm̄ q̄ sūt quatuor membra. Prima ibi Ciclus solaris. Sc̄da ibi. Ignorās numerū. Tertia ibi. Per clavis numerū. Quarta ibi. Ver petro detur. Itē prima in duas. Qm̄ in prima parte docet situare in manu sinistra. Et ratio est. qz promptior est ad computandū q̄ dextra. Sc̄do ex illa situatione docet inuenire l̄ram dñicalem in quolibet anno. Secunda Si forsan nescis. Prima in duas. Primo docet situare per unū uersum in generali. Sc̄do per quatuor in speciali. Prima. Filius esto. Sc̄da. Fructus alit. Item prima in tres. Primo facit quod dictum est. Sc̄do rectificat. Tertio declarat quondā suppositum. Sc̄da. Solaq̄ iuncturā. Tertia. Tunc bisextus erit. In prima parte dicit auctor q̄ ciclus solaris efficitur ex .xxvii. annis. & in iuncturis quatuor digitorū. s. indicis. medi. medici. & auricularis potest situari. quia quilibet digitus habet septem iuncturas ut usum est supra.

& sic cum sint quatuor digiti habentur. xxviiij. iuncture:  
In ipsis autem iuncturis situantur. xxviiij. anni cicli solaris.



**Descriptio manus sinistre ad cognoscendum  
nomina digitorum necnon iuncturarum tam a  
parte interiori q̄ exteriori.**



Ciclus solaris septem quater occupat annos  
Ac in iuncturis totidem poni decet illos.



Hic docet auctor situa  
re imponatur. re predictos annos in iun  
cturis manus sinistre per istum uersuz. Filius  
esto dei. in quo sunt septē dictiōes. Prima in  
cipit ibi. Filius. per quā debemus intelligere. f. & per. f. pri  
mum annum solarem. Scđa incipit ibi. Esto. per quā debe  
mus intelligere secundū annū solarem. Tertia incipit ibi.  
Dei. per quā debemus intelligere tertīū annū. & sic cōse  
quenter de aliis. Vnde ista dictio filius debet situari in ra  
dice indicis. Secunda dictio scilicet esto debet situari in ra  
dice medii. Tertia dictio scilicet dei debet situari in radī  
ce medici. Quarta & quinta in radice auricularis. & hoc  
propter bisextum. Postea debemus redire ad supraradicē  
indicis & ibi situare accipe. & sic de aliis duplicando sem  
per minimū digitum propter bisextū ut dictum est. ¶ Pri  
mo ponuntur. Dicit auctor q̄ radices digitorū debent pri  
mo ponī ita q̄ primo ponitur radix indicis. deinde radix  
medici. deinde radix auricularis. Postea debemus reuerti  
ad supraradices indicis medii. medici. & auricularis per  
ordinem. Et deinde ad secundas supraradices & alias iun  
cturas per ordinem usq̄ ad grossam radicem auricularis.  
que est extra. & ibi situare accipe gratis. propter bisextū.  
Postea dicit auctor q̄ uersu finito debemus reincipere &  
situare in iuncturis ut dictū est supra. ¶ Solaq̄ iuncturam.  
Dicit auctor q̄ in una iunctura debet situari sola dictio hu  
ius uersus Filius esto dei. tamen in iuncturis auricularis seu  
minimi digiti debent ponī due dictiones propter bisextū  
qui denotatur per istum digitum ad denotandum q̄ due  
littere concurrunt in anno bisextili. Item nota q̄ prime lit  
tere istarum dictionum debent ponī pro litteris domini  
calibus non curando de aliis.


¶ Item nota q̄ sol sic diffinitur. Sol est mundi oculus firmamēti pulchritudo celi uia or fons totius caloris planetarum rector annorum diuisor temporū distinctor & orbis dispensator. Et dicitur per ethimologiam quasi solus lucens uel quasi supra omnia lucens: ¶ Fructus alit. In ista parte docet auctor breuiter inuenire lras dominicales dicens q̄ si tu uis scire melius lras dominicales cuiuslibet anni tu debes istos quatuor uersus in iuncturis quattuor digitorū manus sinistre situare. ita q̄ primus uersus. s. Fructus alit. seruit pmo digito. s. indici. El genitrix. seruit secūdo. Dat flores. seruit tertio. Cambit edēt. seruit quarto. ita q̄ de primis trinus uersibus debemus accipere solum primā lram cuiuslibet dictionis. Et de quarto debemus accipere duas primas lras duarum primarū syllabarum: & hoc propter bisextū. ut patet de Cambit. c. & b. de edent. e. & d. & sic de aliis dictiōibus uersus deseruientibus minimo. ¶ Item notandum est q̄ in anno bisextili prima littera dñicalis q̄ incipit in circūcisione dñi finit cursum in festo beati matthie semper: & secūda incipit in illo festo. & durat per totū annū. ¶ Item nota q̄ scđm diuersos annus habet diversa principia: quorū opiniones compotiste in aliquo sequuntur. Latini enim incipiūt annū suum in Ianuario talem rationem habentes: q̄ sol in illo mense habet oriri: & tendit ab inferiori hemisferio ad superius hemisferium. Hebrei uero incipiūt annum suum in martio talem rationem habentes. q̄ uer oritur in illo mense: & in uere omnia renouantur. Alii autem habent aliam rationem. Quia .xii. signa sunt in zodiaco & ordinantur scđm ordinē mensiū. Vnde cum Aries sit primum signum quod Martio attribuitur uidetur q̄ annus in Martio debeat incipere. Alia ratio est quia mundus factus fuit in Martio. Vnde principium mūdi renouat. g. tertia martis. Egipti uero incipiūt annum suum in septembri: qm̄ in illo mense recolligunt fructus suos: & colligūt omnia que debent sufficere ad usum totius anni. Compotiste imitantur exordium latino


rum in hoc q̄ in martio renouantur concurretes & regu-  
lares feriales. Vnde illud. Sunt in marte noui concurrens  
& regularis. Egyptios imitantur in hoc q̄ in septembr. re-  
nouātur regulares lunares. Vnde illud. Lunares nouas ha-  
bet september epactas. Ciclus solaris est adequatio cursus  
solis per annos integras septimanās & dies. Numerus iste  
scilicet. xxviii. per quem sequuntur litttere dominicales &  
feriales & bisextus uocatur ciclus solaris: & situatur i iun-  
cturis quattuor digitorum qui quattuor simul sumptibus  
bent vigintiocto iuncturæ: & prima iunctura primi digi-  
ti scilicet indicis i qua ponitur. f.d. est pars interior manus  
& pars iuncture in qua. f.d. est exterior uel grossa radix qd  
idem est & semper in auriculari ponuntur due littere ad  
denotandum bisextum & signatur per istum uersum  
**Filius esto dei celum bonus accipe gratis.**

Hinc imponatur iuncturis postea verus  
Filius esto dei celum bonus accipe gratis  
Filius f signat annum primum manifestat  
Solis & iudicis hanc radix tenet esto dat e quā  
Vult medii radix anni iunctura secundi  
Et sic dē reliquis facies uelut ordo requirit  
Primo ponuntur radices inde sequuntur  
Iuncture medie postea sunt relique  
Uersu finito tu suinas hunc iterato  
Dum radix tacta minimi sit que manet extra  
Solaq; iuncturam depositit dictio solam  
Omni iunctura minimi sit dictio bina  
Propter bisextū minimus nam denotat illū  
Fructus alit canos el gelica bellica danos  
El genitrix bona dat finis amara cadat  
Dat flores anni color eius gaudia busli  
Cabit edens grifo boabel dicēs fiet augur.




¶ Descriptio manus sinistra tam a parte interiori q̄  
exteriori ad cognoscendum l̄ram dominicalem &  
bisextum necnon ciclum solarem.











**B**unc bisextus erit In parte p̄cedenti au-  
ctor fecit mentionē  
de bisexto. Hic determinat de ipso. Et diuidit  
ista pars in duas. Primo facit qđ dictū ē. Scđo  
remouet dubiū qm̄ primo docet inuenī bisextū. Scđo do-  
cet situare iſpm. Scđa pars Bisextū sexte. Et illa pars in du-  
as. Primo facit quod dictū est. Scđo remouet dubiū. Scđa  
Posteriori die. Primo dicit auctor qđ bisextus fit quotiens  
cunq; anni ab incarnatione dñi poslunt diuidi per quatuor  
partes egleſ ut habemus. iiii. viii. xii. xvi. xx. & sic de aliis.  
¶ Circa istā partē notandū est qđ differētia est inter ciclum  
solarem & annū solarē: quia ciclus solaris continet. xxviii.  
annos: & annus solaris continet. ccc. & sunt. v. dies cū. vi.  
horis. Vnde si aliquis querat quare i cyclo solari. xxviii. an-  
ni nec plures nec pauciores sunt. Respondendū est qđ anti-  
qui astronomi de cursu solis dubitantes congregauerūt se  
& iuerunt ad quosdam montes altos in arabia & quidam  
inter eos peritissimus uidit solem faciētem cursum suum  
& ordinavit in quodā astrolabio & qđ sol faciebat cursum  
suū in primo anno in primo punto inuenit & sic de di-  
currendo usq; ad. xxviii. annos et. xx. puncta et tunc uidit  
qđ sol non ibat ultra sed regrediebat in p̄mo punto: ideo  
dicit qđ cursus solis cōtinebat. xxviii. annos nec plures nec  
pauciores. ¶ Secundo nota qđ duplex est annus. s. annus so-  
laris & annus lunaris & de illo anno lunari habemus i ca-  
pitulo de cursu lune. Et alius annus solaris qui sic diffinit.  
Annus solaris est aliquod spatium t̄pis in quo sol peragrat  
cursum suū per zodiacū transeundo per equinoctia & sol  
sticia redeundo ad illud p̄ntum a quo incepérat moueri.  
Et dicitur annus ab eo is: uel ab an quod est circum uel cir-  
ca. quia cernit & circūdat cursum solis. Ad euidentiā pre-  
dictorum notādum est qđ duplex est solsticiū. s. solsticium  
hyemale & solsticium estiuale. Solsticiū hyemale est quā-  
do sol est in ultimo gradu nec amplius descendere p̄t. &  
tunc nobis remouetur calor & generat̄ frigus & tūc nox

habet. xvi. horas dies uero. viii. Solsticium estiuale est qñ sol  
 est in superiori gradu nec potest plus ascendere & tunc no  
 bis appropinquat & generatur maxima caliditas: & tunc  
 dies habet. xvi horas nox uero. viii. ¶ Item nota q̄ duplex  
 est equinoctiū. s. uernale & autūnale. Equinoctiū uernale  
 est qñ sol est in medio cursus sui ascendendo & tunc dies  
 equatur nocti: & incipit in Kalendas aprilis. Equinoctium  
 autūnale est qñ sol est in medio cursus sui in descendendo.  
 Et dicitur equinoctiū ab equo equas: quia tunc dies equat  
 noctibus. Item solsticium quasi solis statio & dicitur a sol &  
 statu statii quia tunc sol stat in immeio in superiori parte.  
 ¶ Item nota q̄ diversi diuersimode inceperunt annū suū.  
 Numa pomplilius quidam rex incepit in solstitio byemali  
 quia tunc sol incipit ascendere. Alii uero sicut romulei in  
 ceperūt annum suum circa equinoctiū uernale: quia tunc  
 oīa rident & uirent. Et scđm theologos mundus fuit crea  
 tus. xv. Kl. Aprilis. Alii uero inceperunt annum suum in  
 equinoctio autūnali. Iuxta illud dictū Genesis. Producat  
 terra herbā uirētem & facientē fructū iuxta genus suum  
 Et quia autūnus est tps fructuosum dicebatur mundū esse  
 factum in autumno. Nos uero catholici illa principaliter  
 imitamus qñ in Ianuario incipimus claves nostras & au  
 reum numerū & in martio incipimus concurrētes & reu  
 gulas feriales & in septembri epactas & regulares lunares  
 ambolisimales annos. ¶ Item nota q̄ annus solaris fit ex  
 ccclx. diebus cum. vi. horis: sed quia scđm auctorem istius  
 & uulgarem compotū remanent sex hore singulis annis  
 ad confusionem omniū tollendam: nam fieret cōfusio si  
 unus terminaretur in meridie & alter in uespere uel circa  
 uesperas ideo statuerunt cōpotisse q̄ sex hore primi anni  
 & sex secūdi. & sex tertii. & sex quarti constituerunt unū  
 diem naturalē & superadditio illius diei uocatur bisextus  
 & ille bisextus situatur sexto, Kl. Martii. & ii. dies sup unā  
 litterā cōputantur. Sed si queratur quare magis dies bise  
 xtilis attribuitur februario q̄ aliis mensibus. Respondēdū

est q̄ februaſlus est minor aliis mensibus uel quia est ulte-  
rior sc̄dm illos qui annū suū incepérunt in martio & ideo  
ultimus dies in ultimo mense collocatur. ¶ Et nota q̄ bis  
sexus dicitur a bis qđ est duo & ex qđ est sex quia in .vi.  
kl. martii duo dies cōputantur supra unam litterā. ¶ Item  
nota q̄ si non obſeruaretur dies biſextilis infra multos an-  
nos continget diem natalis dñi celebrari ubi annuntia-  
tio dñica celebratur. Et etiam p̄ eius inconueniens seque-  
retur q̄ ubi celebratur nativitas beati iohannis baptiste ibi  
continget celebrari natalem uel nativitatem dñi. Et si-  
militer in quolibet signo: ideo ad remouendū illā cōfusio-  
nem & ad obſeruandā auctoritatē beati iohannis baptiste  
dicentis sic. Te oportet crescere me aut̄ minui. quia sol in-  
cipit ascendere in nativitate tua: & in ea incipit descendere  
re ideo de q̄tuor annis in quatuor annos habemus unam  
diem uacantem a qua bisextus ortus est & semper habet  
tenere festa fixa in eodem tpe: ideo fit bisextus. Verumt̄  
cōpotiste nō potuerūt remouere quin festū beati iohannis  
baptiste celebraret. xii. diebus post descēsum solis quia sol  
incipit decrescere in festo beati barnabe: & similiter non  
potuerūt facere quin festū nativitatis dñi celebraret. xii  
diebus post ascēsum solis. quia sol incipit ascēdere in festo  
btē Lucie. ¶ Posteriori die. Hic remouet auctor dubiū. qz  
aliquis posset q̄rere in qua die festū matbie celebraret an  
in p̄ori uel posteriori: quia sunt duo dies supra unam l̄atm  
cōputādi. Illud dubiū remouet & dicit q̄ dēt celebrari in  
posteriori die. Et ratio est qz si celebraretur in prima die  
bis in anno celebraretur: quod est inconueniens ideo cele-  
bratur in ultima die.

**E**ūc bisextus erit per partes quatuor equas  
Annos partiri cum poteris domini  
Bisextum sexte martis tenuere kalende  
Posteriori die celebrantur festa matbie

166

Sabbata si teneant ibi non alibi celebrantur.

**I** forsan nescis. ¶ Superius auctor dei terminat de anno bissextili & de situatione illius: & de anno solari: & de ciclo ipsius anni. Hic docet uariationē ipsius ostendens līam dñicalem cuiuslibet anni. Et diuiditur ista pars in duas partes. Primo facit qđ dictū est. Secō determinat de cōcurrentibus. Secūda. Tu concurrentes. Prima in duas: qm̄ in prima facit qđ dictū est. Secō rectificat. Secūda. Semper pñtes. In prima parte dicit auctor q̄ si nescis līam dñicalem & uelis scire quotus est annus solaris tu dēs remouere octo dies ab annis incarnationis dñi quia iam transferāt octo anni cicli solaris qñ xp̄s natus est. Et postea debes diuidere totā summā per. xxviii. & illud qđ remanebit ex tali diuisione ostendet tibi quotus est annus solaris. & si nihil restat a tali diuisiōe tunc eris in octauo anno cicli solaris: ita q̄ prima radix indicis pro primo computetur. & radix medit pro secūdo. & radix medici pro tertio. & sic de aliis. ¶ Item si uelis scire que līa sit dñi calis alicuius anni: scito prius quotus est annus solaris cuius līam dñicalem uis scire. Nam talis erit līa dñicalis per totum annum qualis erit līa prima alicuius dictiōis huius uersus. Filius esto dei. Vel illa dictio que cadet in iunctura ubi situatur annus de quo queris. uel que erit prima līa dictionis istorū uersuū. Fructus alit canos. El genitrix. Dat flores. Cambit edens. Verbi gratia. sit hic tertius annus cicli solaris: quia ille numerus ternarius cadit in radice medici. prima dictio supradicti uersus s. Dat flores cadit in illa iunctura uel tertia dictio huius uersus. Filius esto dei. Tūc pro illo anno habebis. d. pro līa dñicali & sic de aliis. ¶ Sequitur illa pars. **Octo bis ex centum.** Hic ponit quēdam uersum propter illos qui nesciūt algorismū. & dicit q̄ ex mille partitis per octo remanēt uiginti et ex centū partitis p̄ octoremant

b. iii

quindecim. ¶ Auges iuncturas. Dicit auctor q̄ si uelis sci  
re uel querere de ciclo solari pro tempore futuro uel pro  
tempore p̄terito tu debes augerē iuncturas iam habitas  
id est tu debes computare ultra iuncturas iam numeratas  
uel habitas pro ciclo solari futuro. Sed pro ciclo solari pre  
terito tu debes remouere a iuncturis iam habitis tot iunc  
turas quot annos uelles scire preteritos computādo retro  
grade. ¶ Semper p̄sentes. Dicit auctor q̄ in tali numero  
debēs excludere p̄sentē annū tam pro p̄terito q̄ pro futu  
ro. id est tu nō debes cōputare illā iuncturam in qua tu es  
pro anno cicli solaris: sed dēs incipere & cōputare in tun  
ctura sequēti pro futuro. & in iunctura p̄cedēti pro p̄terito

**S**i forsan nescis que littera tu domini sit  
Et quotus solis annus cognoscere queris  
Annos a domini demas annis prius octo  
Percq̄ quater septē domini diuiseris annos  
Dat quotus ē solis annus quicqđ remanebit  
Et si nil restat tunc supremum fore constat  
Octo bis ex centum remanēt ex mille viginti  
Mille quadringenti diuisi nil tibi donant  
Iuncturas auges quotiens numerū supaddes  
Sed pro p̄terito iuncturas tu remoueto  
Semper p̄sentes annos excludere debes  
Quartaq̄ iunctura dat cētuī milleq̄ quinta  
Eiusdem dīgitī iuncturaq̄ sit tibi finis  
Que quartā partē numerū tibi finiet omnē



**C**oncurreentes. Dicto de inuētione lit  
tere dñicalis dicēdum  
est de concurrentibus & de regularibus feria  
libus. Et diuiditur in duas partes. Primo de-

terminat de concurrentibus & regularibus ferialibus ualentibus ad initium cuiuslibet mensis. In secunda parte determinat de mēsibus. Secunda pars Annus solaris Prima in duas. Primo facit quod dictū est. Secundo docet fructū Secunda. Stant feriam mensis. Prima in duas. Primo determinat de concurrentibus. Secundo de regularibus feria libus. Et quia unum nihil facit sine alio ideo primo determinat de uno. secundo de alio. Secunda. Mensis cognoscet. In prima parte dicit auctor q̄ non possumus cognoscere concurrentes per litteras dñicales: qm̄ si. a. sit līta dñicalis habemus sex pro concurrentibus. Si. b. habemus quinq;. si. c. habemus quattuor. si. d. habemus tres. si. e. duo. si. f. unum. si. g. septem. Et scitis litteris dñicalibus possumus finaliter scire de concurrētibus Deinde docet hoc per aliam regulam siue rationem dicens: q̄ concurrēs est totus in anno quota feria denotatur per istam litteram. f. positā in tertia die martii. Quoniā si. f. sit prima feria habemus unum pro concurrente. si secunda habemus duo zc. Vnde uideamus quid sit concurrens. ¶ Concuriens est numerus uariabilis siue ymaginabilis datus anno ad inueniendū initialem feriā cuiuslibet mensis illius cuius est concurrēs coniunctus cum regularibus ferialibus. Et dicitur concurrens a concurro ris. quia concurrit cū regularibus ferialibus cuiuslibet mensis ad inueniendum initia' em feriam cuiuslibet mensis. Et fuit inuentus concurrens ad habendum notitiā per quā feriam quilibet mēsis incipit. Vnde nota q̄ scdm̄ illos qui ponūt bisextum in primo digito inuenitur sicut concurrēs. qm̄ antiqui compotiste diuiserūt annum suum in quingentas hebdomadas uno die de residuo: qui dies est causa inueniendi concurrens in anno. & ideo pro illo die dederūt primo diei cyclisolaris unum pro concurrente. Secundus annus habet duos dies unum causa sui: & aliud causa precedentis anni. Tertius habet tres. Quartus habet quinq;. unū causa sui: & quatuor causas bisexti. Quintus habet sex: unum ratione sui & quinq;

ratione precedentium. Nec obliicias de primo. s. de pollice qz  
formatur a prima radice indicis post est bisextilis. & ibi ad-  
ueniunt octo ex quibus remouebis septem & sic remane-  
bit unus pro concurrente. ¶ Et scindū est q' ciclus concur-  
rentium durat per. xxviii. annos & hoc per tabulā cōcur-  
rentium apparet: que habet quatuor cellulas in latitudine  
& septem in longitudine. Vnde quilibet quartus annus est  
bisextus incipiendo a prima linea zc. quarta denotat bise-  
xtū quēadmodū quartus digitus: & sic scdm illos qui po-  
nunt bisextum in minimo semp quartus annus est bisexti-  
lis & incipitur a prima linea. Deinde dicit q' cōcurrēs nō  
ascendit plus q' septē: quia si numerus supereret septē de-  
bemus remouere septem & capere residuum. ¶ Item nota  
q' concurrens & regulares feriales renouantur in martio  
ad memoriam Romuli qui primus apud latinos compo-  
sum inuenit: & annum suum incepit in martio.

**Tu concurrēs domini per graminata nosces**  
**A sex b quinq̄ c quatuor e duo d tres**  
**Primus cōcurrēs est f littera septimus est g**  
**F primum reddit sed g septem tibi finit**  
**Concurrens totus f quota martis erit**  
**Concurrens septē non transit sed petit assem**  
**Mars cōcurrentes renouat septēber epactas**



**Ensis cognosces.** ¶ In ista parte auct̄  
or determinat de re-  
gularibus ferialibus dicens q' nos nō possu-  
mus scire regulares feriales per illos uersus  
Quinq̄ monos terni. Pro quo notandū est q' regularis fe-  
rialis est numerus invariabilis datus mensi aed inuenien-

dum initialem feriā cuiuslibet mēsis qui coniunctus cuī  
concurrente ostendit in qua die quilibet mēsis incipiat iu  
quolibet anno. ¶ Et nota q̄ dicitur regularis ferialis hoc  
est dicere regularis solaris ad differentiam regularis luna  
ris. ¶ Item nota q̄ regulares feriales ita ordinantur seu ori  
untur ex diuisiōe anni per. xii: signa inquantū possumus  
& sunt in anno ter centum quinq̄ dies cum sex horis. ex  
quorum diuisione per. xii. remanent quinq̄ dies qui mat  
tio attribuuntur: quia primus mensis est quantū ad regu  
lares feriales & concurrentes. ¶ Et nota q̄ si uelimus sc̄i  
re uel formare regulares feriales alicuius alterius mensis  
debemus sumere dies cū regulari feriali mensis p̄ceden  
tis: & totum diuidere per septem & illud qđ remanebit  
erit pro regulari feriali mensis sequētis illo mense sic diui  
so uerbi grā. In martio sunt. xxxi. dies & quinq̄ pro regu  
lari & sic sunt. xxxvi. tam pro diebus mensis q̄ pro regu  
lari feriali. diuidamus totū per septem: ex tota summa re  
manebit unus: & sic unus est regularis ferialis & sic for  
mes omnes alios menses sicut dictum est. Vnde mars ha  
bet quinq̄ pro regulari feriali. Aprilis unum. Maius tres.  
Iunius sex. Iulius unū. Augustus quatuor. September sep  
tem. October duo. Novemember quinq̄. December sep  
tem. Ianuarius tres. Februarius sex: et p̄ hos uersus Quin  
q̄ monos. ¶ Deinde sequitur ista pars in qua dat fructū  
scilicet. Dant feriam mensis in qua dicit q̄ debemus ad  
dere concurrentes anni cum regularibus ferialibus in illo  
mense de quo querimus uel uolumus scire per quam feri  
am incipiatur ita q̄ numerus unionē concurrentis & re  
gularis ferialis factus dant feriā mensis. ita q̄ si superēt se  
ptem debemus remouere septem & residuum retinere.  
& si habemus unum de residuo per primā feriā incipiat  
ille mensis: & si habemus duo incipiet per secundam: &  
sic de aliis in suo loco.

**Sunt in marte novi.** ¶ Hic dicit auctor q̄ cōcurrē  
tes & regulares feriales semp renouant in martio & hoc

propter memoriā Romuli qui primus apud latinos cōpotum scripsit & annum suū in martio incepit: sed falsū est: quia regulares feriales renouantur in martio: qđ patet per diffinitionē ubi dicitur qđ regularis ferialis est numerus uariabilis: cū ergo illud quod est uariabile renouatur illud uidetur inopinabile. et cū plures uel quasi oēs cōpotisse habent cōtrarium quia male: sed a pluribus reprehendūtur & hoc bene. ¶ Item nota qđ tu debes renouare līam dñi calem & milliarī, & aureum numerū & claves terminorum in principio Ianuarii & semper in quolibet anno. Vnde uersus. Aureus in iano claves festumq; nouantur. Litera mutatur iano subeunte inanetq;. Concurrēns donec sit mars quia tunc renouantur. Mars concurrentes renouat septēber epactas. Principium mundi renouat g teritia martis. ¶ Est astris clara. Iste duo uersus docent inueniri regularē feriale cuiuslibet mensis sicut isti duo. Quinq; monos terni. sed isti duosunt faciliores ad sciendum qđ alii duo. s. Quinq; monos. ¶ Et ita nota qđ quota est prima līa alicuius dioctionis illorū uersuum. Est astris clara in ordine alphabeti tot habebit ille mensis pro regulari feriali ita qđ ista dictio est deseruit martio. astris deseruit aprilī & sic de aliis mensibus sequentibus per ordinē. Vnde si tu uelis scire quot habet martius pro regulari feriali. respice quota est prima līa huius dictionis est que deseruit martio in ordine alphabeti: & tot habebis pro regulari feriali in martio. & quia e est quinta littera in ordine alphabeti ideo habemus quinq; pro regulari feriali in martio: & sic sciendum est de omnibus aliis dictionibus

Mensis cognosces regulares sic feriales  
Quinq; monos terni sex vñ' & inde quaterni  
Septem post bini quini septem tria seni  
Dant feriam mensis concurrens & regularis  
Si plus qđ septem reliquum cape reiace septē

Sunt in i Marte noui concurrens & regularis  
Est astris clara fulgentibus ara deorum  
Grata bonis etas gratissima cuiq; fideli



**A**nnus solaris. In parte precedenti auctor determinauit de con-  
currentibus & regularibus ferialibus ualenti-  
bus ad cognitiōem mensū. Hic determinat  
de mensibus. Et diuiditur ista pars in duas partes: qm̄ pri-  
mo determinat de illis qui faciūt ad esse mensū ostendē-  
do quot dies quilibet mensis habeat. Secūdo determinat  
de nominatione illorū mēsiū. Secūda. Ia. fe. mar. Prima  
in duas. Primo facit quod dictū est. Secūdo ostendit quot  
dies quilibet mensis habeat. Secūda Iulius Aprilis. In pri-  
ma parte dicit auctor q̄ annus solaris cōstat ex duodecim  
mensibus. Vnde uidendū est quid sit mensis. Est enim fe-  
re duodecima pars anni. Vnde bene dicit fere: quia scđm  
q̄ mensis habet. xxx. dies est plus q̄ duodecima pars anni.  
Et dicitur mensis a mensura ideo q̄ annus mēse mensu-  
ratur: uel scđm p̄fīcos dicitur a mensura quia scđm illos  
fercula nostra debemus renouare in quolibet mēse. uel di-  
citur a mene quod est defectus quia in quolibet mēse lu-  
na uidetur deficere. Vnde sciendū q̄ Romulus princeps  
Romanorū primo inuenit mēsem: & in anno decē men-  
ses cōstituit tñ: & hoc triplici ratione. Prima ratio est: qz  
uid t̄ tantū tempus sufficere ad partū mulieris et non plus.  
Scđa ratio est: quia mulieres post mortē mariti sui per tale  
spaciū debent uidue remanere. Tertia ratio est quia tot di-  
gitos solemus computare in iuncturis manū nostrarum.  
Primum enim mēsem appellavit martiū a patre suo mar-  
te: uel a marte deo belli: qz in illo mēse Romani solebāt  
ire ad expeditionem armorū contra inimicos suos. Scđm  
mēsem appellavit Aprilem quasi afrilem a uenere ma-  
tre sua: quia ipse descēdit a uenere ex parte matris: uel di-  
citur aprilis. quasi aperilis: quia in tali mēse aperiūtur por-

ri & incipiunt herbe crescere & virere Tertium suū men-  
sem mayum appellavit a maioribus dictū quia maior ho-  
nor maioribus & senioribus exhibebatur in illo mēse q̄ in  
aliis mensibus. Quartū mensem appellavit iuniū a iunio-  
ribus dictū quia in illo mēse iuniores honorabantur & eis  
maior honor exhibebatur q̄ senioribus. Quintus quinti-  
lis uocatura suo numero. Sextus sextilis. Septimus septem-  
ber quasi septimus ab ymbre a mēse pluuioso id est a mar-  
tio. Octauus october. Nonus nouember. Decimus decē-  
ber. Sed postea isti Romani uolentes adulari impatori suo  
qui uocabatur Iulius cesar mensē predictū qui uocabatur  
quintilis iuliū appellauerūt: quia natus fuit in illo mense.  
Postea Romani adulantes Augusto impatori suo mēsem  
predictum sexilem augustinū appellauerūt: & hec causa. qz  
augustus anthoniū & helioperiū in illo mense deuicit. De  
inde numia pompeius qui uidit q̄ sol nō poterat facē cur-  
sum per decē menses imo oportebat duodecim: superad  
dedit duos menses. s. Ianuariū & Februariū. Et dicitur ia-  
nuarius a ianua. quia sicut per ianuā intramus domū. ita  
per ianuariū intramus annum. uel dicitur a iano bicipite  
quia quēadmodū ipse ianus habet duo capita: ita ianuari-  
us est bifrons. quia respicit annū precedentem & annū se-  
quentē. Dicitur enī februarius a febris uel a febribus pur-  
gationibus & sacrificiis: quia faciebant sacrificia animaliū  
in illo mense propter aīas antecessorū suorū saluādas. uel  
dicitur a frigore: quia in illo mense omnia sunt ualde frigi-  
da & patet denominatio mensiū. Item queritur quare  
non sunt nisi. xii. menses nec plures nec pauciores. Dicen-  
dum est q̄ sunt. xii. signa in zodiaco per que cognoscunt  
menses. Sol aut̄ moratur per quēlibet mensem in uno illo  
rum signorum: & quia sunt tantū. xii. signa ideo sunt. xii.  
mēses. nec plures nec pauciores.

**In** ista parte ostendit auctor quo  
**Iunius ap̄rilis.** dies quilibet mensis habeat dicens:  
q̄ isti quatuor menses. s. iunius. ap̄rilis. september. & nouē

ber habent. xxx. dies. Alii uero mēses habent. xxxi. dies excepto februario qui uon habet nisi. xxviii. dies: in anno cōi: sed in anno bisextili habet. xxix. dies. Propter qđ sci endūz est q̄ anno solari diuiso per. xii. partes equales sunt quinqꝫ dies de residuo quorū primus attribuitur ianuario secūdus martio. tertius mayo. quartus octobri. quintus nouembri. Postea successores iulii uidentes illos menses habere plures dies q̄ mensis iulii absulerunt unū diem in februario & eidem iulio dederunt: & sic iulius habet. xxxi diē. februarius uero. xxix. Deinde successores augusti uidentes mensem iulii habentē plures dies q̄ mensis ab ipso denominatus similiter ab ipso mense februarii absulerūt unum diem et suo mensi attribuerunt: & sic augustus hēc xxxi. dies. februarius uero. xxviii. sed in anno bisextili hēc xxix. quia una sibi attribuitur. Et quia mensis diuiditur in hebdomadas uideamus quid sit hebdomada. Vnde hebdomada est spatiū septem dierū: & denominatur a latinis septimana ideo quia habet septem tempora matutina. A grecis uero denominatur hebdomada. Et dicitur ab epta quod est septem & doas quod est dies quasi continēs septem dies. Etiam a iudeis uocatur sabbatū: & interpretatur requies: & ideo in toto sabbato debemus quiescere. a peccato & ideo sabbatū est equiuocū ut patet in istis uersibus Sabbata sunt domini requies & uita perhēnis. Septimana dies septimana festa dies. Item nota q̄ septimane non habent denominationē propter earum multitudinem.

**A**nnus solaris τ mensibus est duodenis.  
**I**a fe mar ap mai iun iul aug sep oc no decēb  
**J**unius aprilis september τ ipse nouember  
**D**ant triginta dies reliquis supadditūr unus  
**D**e quorum numero februarius excipiatur  
**M**ānqꝫ quater septem fertur habere dies  
**S**ed cum bisextus fuerit superadditūr unus.



**O**l ve mer. In parte p̄cedēti auctor ostē  
dit quot dies quilibet men-  
sis habeat: modo determinat de nominatio-  
ne illorū dierū. Et diuidit in duas. Primo  
determinat de nominatione dierū prout situantur in sep-  
timana. Secūdo prout situātur in Kalēdario. Secūda. Sex  
mayus nouas. Prima in duas. Primo facit quod dictū est.  
Secūdo determinat de festis fixis que situantur in illis die-  
bus. Secunda. Postea de festis fixis. Prima in duas. Primo  
facit qđ dictū est. Secūdo ponit quoddā incidēs determi-  
nando de signis que situātur in Kalendis. Secūda. Est aries  
taurus. Prima in tres scđm qđ ponit denoiações. Secūda  
Tenet idus quilibet octo. Tertia. Inde dies. Prima i duas.  
Primo ostēdit de Kalendis in generali. Secūdo ostēdit nu-  
merum Kalendarū cuiuslibet mensis ibi. Versibus his no-  
scas. Prima in duas. Primo facit qđ dictū est. Secōdo ostēdit  
ubi Kalende debent situari. Secūda. Nomen sortiri. In pri-  
ma parte dicit auctor qđ septē sunt planete in celo. s. sol. lux-  
na. mars. mercurius. iupiter. uenus. & saturnus. & ab ipsis  
planētis denoiantur septem dies: qm̄ quilibet dies denoia-  
tur a planeta regnante in principio illius diei. Vnde nota  
qđ a diuersis diuersa nomina sortiuntur: ph̄i nominat quē  
libet diē a planeta que dñatur a prima hora illius diei. un-  
de ab antiquis repetū est solem dñari in prima hora diei  
dñice. Dicunt enī ph̄i qđ sol est dignior planeta aliis plane-  
tis: quia attribuitur digniori diei. s. diei dñice. Luna etiā dñat  
in prima hora diei lune. Mars in prima hora diei maris.  
Mercurius in prima hora diei mercurii. Iupiter in prima  
hora diei iouis. Venus in p̄ma hora diei ueneris. Saturnus  
in prima hora diei sabbati. Propter quod notandum est qđ in  
die naturali sunt. xxiii. bore. Similiter sunt septem plane-  
te qui denotātur in istis horis. & qñ finitūr dies planeta se-  
quens dñatur in hora diei sequentis. Vnde sol dñatur in  
prima hora diei dñice. Venus in scđa Mercurius in tertia  
Luna in quarta. Saturnus in quinta. Iupiter in sexta. Mars

in septimā. Sol in octaua. Venus in nona. & sic de aliis. Si-  
ue ster uir religiosus uocat dies septē ferias a ferio feris. qđ  
idem est qđ cessō cessas: qz in qualibet die debemus cessare  
a uitiis uel a peccatis. Et uocatur dies dñica prima feria  
& dies lune feria scđa & sic de aliis. ¶ Et nota qđ dies dī a  
dian qđ est clarū uel a deis. Putabant enī antiqui planetas  
septem a quibus denominantur dies esse deos. Vel dicitur  
a dia qđ est duo quia dies naturalis habet duos dies. s. diē  
naturalem & diem artificialem. uel habet dicim artificia-  
lem & noctē. ¶ Item nota qđ possumus situare septē plane-  
tas i tribus iuncturis interioribus pollicis. & in quatior īte-  
rioribus indicis. ita qđ sol ponitur in summitate pollicis. ue-  
rus in supraradice eiusdem. mercurius in radice eiusdem  
luna in radice indicis. saturnus in supraradice eiusdem. iu-  
piter in scđa supraradice eiusdem. & mars in summitate  
 nem embolismalem semper esse parem. Item in anno em  
 bolismali oportet duas lunationes in eodem mēse fieri. Et  
 dicitur in compoto illius mensis zc. Hoc est q̄ lunatio est  
 illius mensis in quo finitur. Et ratio est quia a fine denomi  
 natu res. Impare par. Dicit autor q̄ si mēsis d̄ quo que  
 ritur fit par habet lunationem imparem: et nō dicitur par  
 uel impar quo ad numerū dierū sed quo ad situationem.  
 sui: & sic par habet lunationē parem: & sic intelligitur de  
 aliis nisi fiat exceptio propter embolismū uel bissexturn.

**Embolismales annos sic noscere debes.**

**Tertius & sextus octauus & undecimus post  
 Ac decimulquartus deca septim⁹ & decanon⁹**

¶ Ac alios omnes communes dicere debes  
Embolismalis lunatio semper erit par  
Julius est mensis cuius lunatio finit  
Impare par impar pare fit lunatio mense

**M**obilis ibo ciphos. Hic ostendit auctor in quo mēse lunatio embo lismalis sit interserenda & in qua die mensis incipit & de buisset diuidi circa istam partem embolismalem. Vnde ponit quendam uersum in quo sunt septem dictiōes septem annis embolismalibus deseruientes. Prima deseruit primo anno embolismali. secūda sc̄ dō. & sic de aliis. Item nota q̄ quota est prima littera prime sillabe in alphabeto in aliquo mense incipiendo a Ianuario tanta est interserenda lunatio embolismalis: & quota fuerit prima līa secūde sillabe eiusdem dictionis tanta die mensis est lunatio embolismalis: ita q̄. b. cōputatur pro līa. Vnde primus annus embolismalis incipit in decembri in secūda die & tunc duo q̄ deberent poni post tresdecim oportet poni in eadem tabula in illis tresdecim. Secūdus annus incipit in septembri in secūda die. Tertius in martio in sexta die. Quartus annus in Ianuario in tertia die. Quintus annus in septembri in se icunda die. Sextus in augusto in secūda die. Septimus & ultimus in martio in quinta die.

Mobilis ibo ciphos ace liber habeto coenos  
Quali mense dieq̄ quota versus dabit iste  
Prima dabit mēsem monstrabit & altera sedē



Er clavis. Superius auctor determinauit de duabus partibus principali bus sui libri. Hic determinat de tertia scilicet de festis mobilibus. Et diuiditur in duas

Primo docet inuenire festa mobilia i quolibet anno. Scđo  
ponit quedā notabilia. Scđa. Hebdomadas a nati. Prima i  
duas. Primo docet inuenire festa mobilia per clavis nume  
rum. Scđo per uersus festis fixis deseruiētes. Scđa. Postea  
mobilia prima i duas. Primo docet inuenire claves cuiusli  
bet anni. Scđo docet ualorē illarū. Scđa. Da partibus nu  
merum. Prima in duas. Primo facit qđ dictū est. Scđo po  
nit unum notabile. Scđa. Si. xxx. superent. Prima in duas.  
Primo docet inuenire claves cuiuslibet anni. Scđo docet  
situare supra regulas feriales mensū. Scđa pars. Primula  
gianu. Et illa pars si superēt triginta diuiditur in duas. ita  
qđ ponit duo notabilia. Secūda clavis ab undenis. In prima  
parte dicit auctor qđ festa mobilia cognoscūtur per nume  
rum claviū. & qz loquitur de clavibus ideo uidēdū est qđ  
sit clavis. Vnde clavis est numerus nō descēdēs undecim  
triginta nō excedēs datus ab anno ad inueniendū quinque  
festa mobilia. s. lxx. xl. zc. quia sicut p clauē intramus do  
mum ita per talem numerū claviū cognoscūtur festa mo  
bilia seu manifestantur quare igitur sic festa mobilia uoca  
mus uideamus. Vnde septuagesima de septuaginta annis  
uel diebus quibus filii israel in babilone captiui fuerunt &  
illos recolit sancta ecclēsia nostra. Vnde monachi ieunāt  
per illud tps. & clauditur Allā usque ad pascha i' memoria  
istius captiuitatis. ¶ Sed posset queri quare dicitur septua  
gesima cum non sint nisi. Ixiii. dies. Dicitur quod antiquitus  
erat moris qn aliquis numerus erat inter duas decades nō  
a precedēti sed a subsequēti denοīabitur. Vnde cum iste nu  
merus sit existens inter sexaginta & septuaginta nō deno  
tatur a sexaginta sed ad septuaginta more antiquorū. Alii  
uero dicūt quod illud tps a quo claudit Allā usque ad quasi mo  
do uocatur septuagesima & sunt septuaginta dies semper  
& aliquis uxorari nō pott in illis diebus quibus. lxx. habet  
celebrari. Et si queratur quare septuagesima in sancta ec  
clesia celebratur. Dicendū eslique admodū populi dei in ba  
bilone qui propter peccata nostra celestem iherusalē aie  
x

namus in die resurrectionis debemus resurgere a peccatis  
nostris siue a uitiis ut corpus xp̄i sumere digne ualeamus:  
& a morte ad celestem patriā reuertamur & dimittamus  
omnia peccata nostra. ¶ Et nota q̄ ista uidelicet Gloria in ex-  
cellis. Te deū laudamus. et Ite missa est nō cantatur in illo  
tp̄e. quia sunt catus leticie & gaudii. Tractus uero dicitur  
a trabendo: quia debemus nos trabere a uitiis a uacationi  
bus importunis. Et nuptie nō celebrantur ad designandū  
dolorē filiorū israel. Quadragesima dicitur a quadragin-  
ta diebus. qz sunt quadraginta dies & per tot dies iejunav-  
re debeimus: qz xp̄s moises. & helias iejunauerūt. ¶ Item  
nota q. xxxvi. dies cum dimidio sunt decima pars anni &  
decimā partē nostrorū dierū reddere deo debemus & ita  
uitam nostrā decimare debemus. Vnde quattuor dies su-  
peradduntur ad faciendū numerū quadragesime nec cō-  
putant̄ dies dñice pro ieunio: quia nō ieunantur. Pascha  
dicitur a phasē qđ est trāitus: qz iudei existentes in egyp-  
to mare transierūt sicco uestigio illo die in quo egyptii sub-  
mersi sunt cū pharaone. Sed nulla est melior ratio. nisi qz  
xp̄s in illa die trāsivit de morte ad uitam. ¶ Item queritur  
quare rogationes sic appellamus. Ratio est quia tunc sole-  
mus rogare deū pro aeris serenitate ad anni fertilitatem.  
Quinquaginta dies sunt a festo pasce usq; ad pentecosten  
ideo penthecostes dicitur a pentha qđ est quinq; & costes  
quod est decem quasi quinques decē. Sed aliquis posset  
querere quare ista festa mobilia non habent certum locū  
in Kalendario. Dicendū est q̄ ista festa mobilia situantur  
super lēas dñicales: & qz littere dñicales in quolibet anno  
uario nō mutantur: ideo nō habent certū locū. Et nota q̄  
in die iouis post dñicam rogationū est ascēsio dñi. Item in  
die dñica post pentechosten est festū trinitatis. & in die io-  
uis sequentis est festum eukaristie. Satis sunt nota ista festa  
mobilia per alia quinq; ideo de iphis fit mentio: qz per alia  
intelliguntur. ¶ Item nota q̄ quinq; festa mobilia inueniū-  
tur per claves & sic formatur prima clavis per additionē

regulariū ferialiū cum nouemdecim annis cicli decēnū  
nalis. Et de prima habemus. xxvi. & ita sc̄da clavis a pri-  
ma formā per additionē q̄. xix. cū. xxvi. & sic erūt xl. re-  
moue. xxx. & sic sc̄da clavis erit ex. xv. & sic facies ex oī  
bus aliis. Prima clavis potest formari ab ultima unitate re-  
mota propter saltū lune: & durant claves per. xix. annos  
ultima clavis. xxviii. additis .xix. & .xiii. remotis ppter sal-  
tum lune. Prima clavis erit. xxviii. & quelibet alia sequens  
formatur a prima per additionē de. xix. & si superent. xl.  
remouere debemus. xxx. & residuū retinere pro clave.

**C**Nota itcrum q̄ claves per quinq; festa mobilia inuenire  
possimus & possumus scire per summitates quinq; digi-  
torum. Debemus enim ponere primū annū cicli decēnū  
nouenalis in summitate pollicis. xxv. cum aureo numero  
currente in anno de quo queris in summitate indicis. xiii.  
in summitate medii. xxxi. in summitate medici. xix. in sum-  
mitate auricularis. vii. & si superent. xl. debemus remoue-  
re. xxx. & sic remanent. xi. ut patet in anno. xv. cicli noue-  
nalis: cū illo aureo numero addūtur. vii. & sic sunt. xxii. q̄  
pro clave habemus in illo anno & sic de aliis. Postea scien-  
dum est tot dies debemus cōputare a sedibus claviū quot  
sunt claves in illo anno. & numero finito debemus accipe-  
dñicam proxime sequētem & in illa dñica celebrat festū  
mobile de quo queris. Si uero numerus clavium de quo  
queris finitur in die dñica tu nō debes accipere illā dicim  
dñicam pro festo mobili: sed in sequenti die dñica celebra-  
tur festū mobile & in hoc differimus a iudeis quia ipsi ter-  
mini & festū mobile celebrant eodem die. **E**Item sciendū  
est q̄ claves non descendunt undecim nec superant  
xl. **I**Item queritur quare primo agit de numero aureo q̄  
de clavibus cū ita sit q̄ claves sint digniores qz ualent ad  
cognitionē festorū mobiliū. Dicēdum est q̄ claves per nu-  
merū aureū debent cognosci sed prius est ponere illud p  
qđ aliquid cognoscit q̄ illud qđ p aliud cognoscit q̄re pmo  
agit de numero aureo q̄ de clavibus. Ad idē oē notificās

debet precedere notificatum: sed sic est q̄ aureus numerus est notificās: claves uero notificate igitur zc. maior est uera. Minor patet. quia oportet q̄ illud qđ p̄supponit ali quid sit prius q̄ presuppositum.

Per clavis numeruz cognosces mobile festū  
Moscere tu claves per metra sequentia debes  
Tunc aurū numerū numerāt summe digitorū  
Uicensos quinos tredeciz plus esse tridenos  
Unde vigint epta digitis pro clavibus apta  
Pōl p̄ceit in sequit̄ medi⁹ medic⁹ minim⁹ post  
Si quadraginta superent triginta moueto  
Est numerus clavis illud tibi quod remanebit  
Anno bissexti si sep vel quadra requirit  
Citra bissexturn iungas cum clavibus vnum  
Dat tibi post numerū domini lux mobile festū  
Si cadat in lucem domini suppose sequētem  
Terminus & festum nunq̄ celebrātur eodem  
Clavis ab undenis ad quadraginta refert̄  
Incipiuntq; dies clavem numerare sequētes.

**P**rimula ḡ iani. Hic docet auctor situa-  
tionem clavū in mēsibus  
dicens q̄ supra primā ḡ ianuarit incipiunt nu-  
merari claves septuagesime & in ḡ ultima ia-  
nuarii incipiunt claves quadragesime, & in tertia ḡ mar-  
tii incipiūt claves pasche. & in tertia ḡ aprilis incipiūt cla-  
ues rogationū. & ultima ḡ aprilis incipiunt claves pente-  
che. Et nota q̄ dies dñica post claves sita est scdes festo-  
rum mobiliū tñ si ille numerus cadat in die dñica nō de-  
bent ibi celebrari festa mobilia sed in sequenti dñica ne'ut  
deamur iudeos imitari. qm̄ apud eos termini & festum co-

dem die celebrantur.

Prīmula ḡ iam post vltima ḡ q̄ secunda  
Martis & aprilis ḡ tertia ḡ q̄ suprema  
Dat tibi post numerū domini lux mobile festū



**H**ic docet inuenire festa  
Postea mobilia. mobilia breuius & perfec-  
tius per uersus festis fixis deseruientes dicens  
q̄ per istas quinq̄ fillabas scilicet .pris.bru.ne  
ci.col.habemus situationem quinq̄ festorum mobiliū. ita  
q̄ per istam sillabā pris que situatur in uersibus deseruen-  
tibus Ianuario per quā designantur. xvi.dies Ianuarii ha-  
bemus situationē septuagesime per .bru.viii.diē Februaril  
habemus situationē quadragesime. per ne .i. per istam sil-  
labā ne q̄ situatur in .xxii. die Martii habemus situationē  
pasche per si id est p̄ istā sillabā si q̄ situatur in .xxviii.apri-  
lis hēmus situattonē rogationū. & per istam sillabā col.q̄  
situantur in .x. die may hēmus situationē Penthe **E**Sedē  
festorū. Postea dicit auctor q̄ nos debemus istas qnq̄; silla-  
bas i radice indicis ponere & in illis debemus inuenire au-  
reum numerū in die dñica sequenti illum numerū aureū  
situantur festa inobilia de quibus q̄rere uolumus & si uer-  
sus mēsis deficiat debemus accipere uersus mensis sequē-  
tis computādo donec ueniamus ad iuncturam diei dñice  
sequētis aureum numerū & in tali die situatur festum mo-  
bile de quo queris. Verbi gratia si uis scire quot sunt septi-  
mane a nativitate dñi usq̄ ad brandones accipe istam sil-  
labam bru & situa illam in radice indicis & computa do-  
nec inuenias aureum numerū. & si numerus sit in eadem  
iunctura. ita q̄ currat quinq̄ pro aureo numero non acci-  
pe ibidem sed quere diē dñicam post aureū numerū & in  
illa est dies quadragesime. Et postea computabis septima  
a nativitate dñi usq̄ ad illam diē dñicam & semper in-

e.i

uenies festum & nunq̄ deficies si ita sit q̄ pro littera dñi  
cali habeamus. d. & .xvi. pro aureo numero. tunc festa mo-  
bilia pro illo anno situantur in radice indicis.

Postea mobilia si vis cognoscere festa dem  
Sed quia paro pem pris bru ne cim col dato se  
Sedem festorum radix tenet indicis horum  
Abci iunt extra g supra d e f manent infra  
Da festis norma tibi fixis sit recitata  
Aure⁹ hinc numer⁹ bis versib⁹ est manifestus  
Dat tibi post numerum dñi lux mobile festū.  
Pascha nec vndenas aprilis ⁊ ante Kalendas  
Nec post septenas maij valent esse Kalendas



Hic autor dicit in  
Ebdomadas a nat. uenire terminū a na-  
tiuitate dñi usq; ad festa mobilia. Et diuiditur  
in tres partes. Primo ostendit hebdomadas  
a natuitate dñi usq; ad festa mobilia. Secūdo a pentheco  
ste usq; ad festum beati iohannis baptiste. Tertio a pente-  
choste usq; ad aduentum dñi. Prima in principio. Secun-  
da a pentefestis. Tertia a pente distat. Item prima in duas.  
Primo facit quod dictum est. Secundo ponit quoddā no-  
tabile. Secunda. A dabit. In prima parte dicit auctor q̄ si  
nos uolumus scire terminum a natuitate dñi usq; ad festa  
mobilia debemus situare istas hebdomadas ī subungula ī  
dicis ita q̄ quatuor seruiunt septuagesime & septem qua-  
dragesime tresdecim pasche & octodecim rogatiōibus et  
uiginti pēthecosti. Postea debemus inuenire dñicam post  
primationem lune in qua dñica situantur festa mobilia il-  
lius anni de quo queris & quot erunt iuncture ab a indicis  
usq; ad illam dicim dñicam in qua situantur festa mobilia  
tot erunt dies cū hebdomadis p̄dictis. Tn si festū mobile  
est retro a indicis quot iuncture erūt retro tot dies defici

ent ab hebdomadis sicut qñ habemus. xvi. pro aureo numerō & e. pro līa dñicali tunc festa mobilia situantur super indicis et ideo ab hebdomadis predictis debemus remouere tres dies & sic de aliis. Postea ponit unū notabile dictum quod quilibet a. dat unam hebdomadam cum numerādo non debemus computare a indicis. quia est hebdomada. ¶ Cetera queq. Hic dicit auctor quod quilibet iunctura non tacta retro a indicis nisi tagamus a indicis mouet. i. remouet una die. Et nota quod iuncture pollicis non computantur hic.

**H**ebdomadas a nat pro festis indicis a dat  
Quatuor hinc septē tredecim octodecim vigiti  
Unumquemq; diem dat littera postea tacta  
Adabit hebdomadā tamē indicis a nisi tagā.  
Citra queq; vacans iunctura diem mouet una



**H**ic docet inuenire ter  
penthe festis. minum a pētechoste usq; ad festū beati iohānis baptiste dicens quod si nos uelimus scire quot hebdomade sunt a pēthe coste usq; ad festū beati iohānis bap. debemus ponere sex hebdomadas supra g indicis & quot erūt iuncture usq; ad festū mobile tot dies debemus remouēr ab illis sex hebdomadis. Si uero festū sit citra g indicis tot debemus addere dies cum illis sex hebdomadis quot sunt iuncture citra g indicis & sic ista regula cōtraria ē regule pcedēti. ¶ A pēthe distat. Hic docet auctor inuenire terminū a pēthecoste usq; ad aduentū dñi. Et diuidit in duas. Primo facit quod dictum est. Scđo ostendit ubi debemus incipere aduentum. Scđa Andree festo. Vnde nota quod xxix. hebdomade p̄nt esse a pēthecoste usq; ad aduentū dñi & non plures: sed bñ pautiores & nō est curandū de diebus: quod nulli sūt dies imo hebdomada semp pficit eo quod ambo facta semp sūt in die dñica. Vñ si pēthecostes sit prope festū beati iohānis bap. tūc sūt

e it

pautiores septimane a pentecheste usq; ad aduentum dñi.  
Vnde semper a nativitate beati Iohānis baptiste sunt. xxii.  
septimane cū quinq; diebus. & ideo cum numeraueris de  
tempore a pētechoisse ad nativitatem beati iohannis ba-  
ptiste leuiter poteris scire ebdomadas a pentecheste ad ad-  
uentum dñi. Vnde. xxix. hebdomade uolunt ponis supra. a  
indicis. sed quelibet .a. ab illa. a. usq; ad festum mobi'e re-  
mouet unam septimanam nō curando de diebus ut dictū  
est. ¶ Andree festo. Hic docet autor inuenire diem aduē-  
tus dñi dicēs. q; in die dñica proprinquieri festo beati An-  
dree situatur aduentus dñi siue illa dies dñica precedat si  
ue sequatur. & si in die dñica celebratur festum beati An-  
dree in illa die propria situatur aduentus dñi.

**A**pente festis sic distant festa iohannis  
Indicis hebdomadas 5 sex dat & altera tollit  
Ultra vel citra dic ut supra viceuersa  
**A**penee distat aduentus & inde triginta  
Hebdo dat indicis ab tollit quelibet vnam  
Andree festo vicinior ordine quouis  
Aduentum domini prima colit feria  
Si cadat in lucem domini celebratur eadem  
Distat ab aduentu domini sic vera dies nat  
Festi iunctura dat mobilis hebdomadas tres.  
**D**onec b tacta det lucem littera queq;



**M**num discerne **C**lo parte precedenti au-  
tor determinauit de tri-  
bus partibus principalibus sūt libri. Hic deter-  
minac de quarta & ultima. Et diuiditur in du-  
as. Primo facit quod dictū est. Secundo determinat de ie-  
coniis. Secuoda. Dat crux lucia. Et quia facit mentionē de  
tempore uideamus quid sit tempus. Vnde dicit beatus aut-

gustinus. In tempore sumus & in tempore loquimur : & quid  
sit tempus ignoramus. Tempus est quo mundus incipit &  
mundus finit. Vel sic. Tempus est pars eternitatis & cum  
hoc anni mensium ab hebdomadarū nel spaciū diurni cir  
ca diminutionē. Vel sic Tempus est mensura motus rerum  
mutabiliū quo mundus incipit & quo mundus finit. Tem  
pus est materia compoti. De divisione temporis usum est  
supra. Vnde antiqui compotisse annū diuiserunt in quatu  
or partes. scilicet in uer. estatem. autumnum. & hyemem. Quare  
sic uocatur ratio est. quia uer dicitur a uireo uires quia tunc  
omnia incipiunt uirere. Estas dicitur ab estu quia calidus est.  
Autumnus grece dicitur uel interpretatur morbidū lati  
ne. quia multi morbi aperiuntur uel nascuntur. Hyems di  
citur ab hemi quod est dimidiū quia uulgas annū diuidit  
in hyemem & estatē. In prima parte dicit auctor q[uod] uer in  
cipit in Cathedra sancti Petri. & protenditur usq[ue] ad festū  
sancti Urbani. Estas incipit in festo sancti Urbani. & pro  
tenditur usq[ue] ad festum sancti Simphoriani. Autumnus in  
cipit in festo sancti Simphoriani & protenditur usq[ue] ad fe  
stum sancti Clementis in quo festo incipit hyems. & du  
rat usq[ue] ad festum cathedre sancti Petri: ubi uer incipit.  
Dat crux lucia. Hic determinat de ieuniis. Et diuiditur  
in duas. Primo determinat de ieuniis quatuor temporū  
Secundo de ieuniis aliorum festorum. Secunda. Nat  
mini pēthe. In prima parte dicit auctor q[uod] post festū beate  
Lucie uirginis in hyeme. & post festū sancte Crucis in sep  
tembri. post Cineres. & post Penthecosten fiunt ieuniia. scilicet  
quarta & sexta feria & sabbato quia in quolibet istorū tem  
porū assignantur. Et ratio est. quia quēadmodū in uere oīa  
uirescunt debent uirere uirtutes. Alia ratio est quia per ie  
uniū caro nostra temperatur & quia in uere abundat san  
guis qui est humor calidus & humidus ita in nobis nō po  
test temperare nisi per ieuniū ideo sunt ieuniia ibidē con  
stituta. In estate sunt ieuniia quia illud tempus est feruidū  
& ita debemus esse feruidi in bonis operibus. Alia ratio

est quia in illo tempore regnat colera. s. humor qui est calidus & siccus specialiter in illo tempe abudat. ideo in illo tempe sunt ieiunia ut coparentur illi humori. s. colere. In autuno sunt. quia illud tempus est fructuosum. & ideo in bonis opibus fructificare debemus. Alia ratio est. quia melancholia regnat tunc que est frigida & sicca. & in illo tempe semper abudat. ideo ad temperandam illam melancoliam ieiuniū fit in autuno. In hyeme autē sunt ieiunia. quia sicut herbe & folia sunt mortue. ita in nobis uicia nostra annibali debent. Alia ratio est. quia illud tempus est aquosum & frigidum. & ne in nobis superabudet fleuma qui est color frigidus & humidus. ideo per ieiuniū in illo tempe carnem nostram macerare debemus. Sed queritur quare ieiunia celebratur tribus diebus. Dicendum quod hoc est propter tria peccata mortalia evitanda que sunt principalia. s. que sunt cogitatione uerbo & opere. Item nota quod quidam dicunt quod si natale domini celebratur in die lune uirilia debet ieiunari in hebdomada precedenti. s. in sabbato. Ratio est: quia uigilia domini non cadit in septimana illorum quatuor temporum hyemaliū. quia tempus quatuor temporum hyemaliū est signum tristie. Vigilia autē signum est leticie. & propter hanc repugnantiā ieiunia hyemalia & uigilia nativitatis domini non ceciderunt in eodem die. Sed hoc tempore presenti non est in usu nostro quia quando nativitas domini est in die lune in sabbato precedingenti est duplex ieiuniū. scilicet quatuor temporum & natalis domini. & ista ieiunia assignantur per hunc uersum. Post pen. cru. & cetera. Et nota quod angaria dicitur ab anguis. & uigeo uiges. Feria dicitur a ferio ris. quod est cesso cessas. quia in illis diebus nos debemus cessare ab omni peccato & malo opere.

**A**nnum discerne per partes suntque quaterne  
**V**er petro detur estas exinde sequetur  
**H**anc dabit urbanus autunnum simpborianus  
**F**estum clementis hyemis capit est orientis

Eladit hyems retro cathedrato samone petro  
 Dat crux lucia cineres carismata dia  
 Quod sit in angaria quarta sequens feria  
 Post pen crux luci sunt quatuor tempora anni.



**A**lt domini penthe. ¶ Ista pars diuiditur in quatuor partes sibi pponit quatuor notabilia. Secunda. In dies egros. Tercia. Si p quidenos. Quarta. Noscere si queris. In prima parte dicit anctor q̄ nos debemus ieunare in uigiliis istorū festorū. scilicet in uigilia natalis dñi. in uigilia penthecostes. in uigilia beati iohāni baptiste. beati laurentii. assumptiōis beate marie. & similiter in die luce in die marci euāgeliste. in uigilia apostolorū petri & pauli. & andree. in uigilia apostolorū symonis & iudei. in uigilia beati mathei apostoli & euāgeliste. Sed queritur quare ieunamus in die sancti marci & nō in uigilia. Ratio est quia in illa die portātur crucis & fuit pcessiones. ideo propter leuationes crucis preualet ieunare in die marci q̄ in uigilia cū crucis portentur circū circa ecclesiā. ¶ Et nota q̄ beatus mathias nō habet ieuniū quia non fuit de numero duodecim apostolorū. Iacobus minor infra pasca occasus fuit & eius festum celebratur octo Kalēdas augusti ppter ecclesie dedicationē. etiā in festo beati bartholomei nō ieunamus. quia fuit excoriatus. & non est nobis certū qua die mortuus est. In uigilia beati thome nō ieunamus quia est in aduentu dñi. etiam nō est consuetū ieunare de beato iohāne. quia est post nativitatē dñi. igitur & cetera.

**M**at domini pentheq̄ iohan lau ſūptio sancta  
 Iſtis vigiliis ieunemus luceq̄ marci  
 Petrus et andreas paulus cū simone iudas  
 Ut ieunemus nos admonet atq̄ matheus



Hic docet auctor ie  
nde dies egros. iunare dies egros p. xii  
dictiones quarum prima deseruit ianuario. se  
cunda februario. & sic de aliis. ita q̄ pro solo  
mense debemus capere primas sillabas cuiuslibet dictio  
nis & ex illis duabus sillabis capere duas primas l̄ras. & si  
sint plures sillabe q̄ due hoc est causa metri: nec debes de  
bis curare. quia non sunt de proposito. Vnde dico q̄ nos  
debemus capere primā litterā cuiuslibet duarū primarū  
sillabarū & quota est prima littera prime sillabe in alpha  
beto. tāta est dies egyptiaca in illo mēse computādo a capi  
te eiusdē. Item quota est prima littera secūde sillabe in al  
phabeto. tāta est dies egyptiaca in illo mēse cōputando re  
trograde uel retrocedēdo. Et nota q̄ h. pro littera nō est  
cōputāda. Item nota q̄ prima littera prime sillabe cōpu  
tatur ad talē notificationē in principio mēsis. sed prima lit  
tera sc̄de sillabe seruit eidē mensi quantū ad finē eius. Si  
autē fuerint plures sillabe q̄ due. nibil faciūt nisi quātū ad  
perfectionē uersus. Sed uidetur q̄ nō sunt nisi. x. dies egyptiaci.  
qm̄ isti dies dicūtur a plagiis quas in illis diebus de  
us misit in egyptū ppter maliciā pharaonis & gentis sue.  
Sed solū fuerūt decē plage ergo erunt solū decē dies egyptiaci.  
Dicendū est q̄ non sunt nisi decē p̄incipales. sed ta  
men nō sunt duodecim tam p̄incipales q̄ minus p̄incipa  
les. Item nota q̄ sc̄dm quosdā isti dies uocātur egri. quia  
in illis diebus si quis inciperet egrotari fm̄ illos oportet  
mori. Tamen illud est falsū & contra fidem catholicā. sed  
dicūtur egri. quia in illis diebus nō licet alicui minui san  
guinē eius. sed non est ppter hoc. quin in illis diebus tamē  
bonū fleubothomiū. sed propter suspicionē remouendā.  
quoniā aliqui antiq̄ faciebāt se minui sanguinē in illis die  
bus ad sacrificandū plutoni. i. deo infernali. ideo p̄hibitū  
fuit ne aliquis in illis diebus sanguinē suū ficeret minui ne  
plutoni uideretur sacrificare. & hoc p̄hibet qui dicit kalē  
das mensiū. nec dies egyptiacos obseruare debetis. Et

nota q̄ antiqui dicunt horas esse in illis diebus in quibus  
boris si aliquis minueret sanguinem suū cito morte cade-  
ret sed hoc est falsum.

**I**nde dies egros per versus noueris istos  
Elugurio decies audito lumine clangor  
Linquit olens abies colit colus ercula gallus  
Omnibus in reliquis sed nō bic h numerabis.

**M**efalus. In istis duobus uersibus sunt. xii. dictio-  
nes mēsibus deseruiētes. prima primo. se-  
cūda secūdo. Vnde per primā litterā prime fillabe cuiusfi-  
bet dictionis habemus in qua hora deus misit plagā super  
egyptiacos a capite mēfis. uerbi gratia. mefalus est prima  
dictio que deseruit ianuario accipiamus in qua est cōputā-  
da. xii. a līta in alphabeto. ergo in. xii. hora misit deus plagā  
super egyptiacos ī primo die egyptiaco ianuarī. Similiter in  
prima līta secūde fillabe eiusdem dictionis que est. f. & est  
sexta in alphabeto. ergo in sexta misit deus plagam super  
egyptiacos in septima die ianuarī in fine cōputādo anno  
retrograde. ita q̄. b. pro littera cōputatur. & sic de aliis q̄  
autem sint. x. plage principales patet per hos uersus. Pri-  
ma rubeus unda ranarū plaga secunda. In culex tristis pu-  
nifica notantur in istis. Quinta pecus sternit. sed uiscera se-  
xta crepauit. Inde subit grando post brucus dente nephan-  
do. Nouem tegit solem prauā tegit ultima prolem.

**M**efalus illud habet armatos filia fidus  
Minus agit sedet ekalos iesibus aufert



**H**ic determinat auctor  
per quidēnos. de inditiōe. Et diuiditur  
in duas. Primo docet inuenire inditionem. Se-  
cundo docet eius renouationē. Secunda dum

reddit october. Sed quia fecit mentionem de inditione. ui-  
deamus quid sit inditio. Vnde inditio est spaciū quinde-  
cim annorum ad habendum consuetudinem romanorū.  
temporis inditio cepit initium a romanis. quia cum ipsi to-  
tum mundū subiugarent edictum fecerunt q̄ omnes homi-  
nes de quacunq; prouincia in quindecim annis tria per  
soluerent tributa sub tali conditione. q; in fine primi lustri  
persoluerentes ad arma fabricanda. in fine secundi argen-  
tum ad persoluendos milites. et in fine tertii aurum ad po-  
nendum in erario cōmuni uel in gazophilatio. Et dicitur  
gazophilatio a gaza ze. & philax quod est seruare. quia  
ibi ponuntur & seruantur gaze congregata. Aut potest in-  
ditio nominari totus numerus quindecim annorum. & re-  
uertitur in quindecimo anno ad primū. & erat tante me-  
morie apud romanos q̄ nullum pactum nullūq; finem pri-  
uilegium esset uel stabile nisi attribueretur annus inditio-  
nalis & fecerūt. ut facta inditione memoria haberetur eo  
rum. Et dicitur inditio ab indicō cas. & sic uisum est q̄ sit  
inditio. Vnde nota q̄ annus domini diuisus per quīdecim  
tribus additis qui iam transierunt quando natuitas mani-  
festa fuit in hoc seculo possumus habere inditionē cuiuslibet  
annī ex residuo talis diuisionis & si nihil restat ex tali  
diuisione: tunc sumus in quītodecimo anno inditionis. Po-  
stea dicit q̄ in octobri semper renouatur inditio in octaua  
Kalenda octobris que situatur in septembri in septima die  
ante septembrem: & ita consueuerunt romani. Postea di-  
cit q̄ de mille diuisis per quīdecim remanent. x. & ex cē-  
tum. x. ¶ Item nota q̄ propter iuuenes inditio semper ha-  
betur in preuidendo annos domini per quīdecim. & illud  
quād nequit partiri per quīdecim tribus annis additis erit  
inditio quia semper cū hoc quo d remanet debemus adde-  
retres annos: uel aliter nō haberemus compotum.

**S**i per quīdenos domini diuiseris annos  
**H**is tres adiungens inditio sit tibi presens

Dat centū gentes tibi mille decē quoq; reddit  
Dum redit october inditio fit noua semper.  
Quatuor atq; tribus ipsi prelata diebus



**N**unc sequitur u'ni  
oscere si queris. num capitulum isti  
us libri in quo auctor docet inuenire litteras  
tabularcm cuiuslibet anni. & quia regule sūt  
tradite confuse in compoto ad inueniēdum festa mobilia  
ad notitiam temporis. ideo subiūgit auctor de tabulis. Pri  
mo dans regulam generalem ad omnes terminos in qui  
bus per unam solam litterā festa mobilia & multa alia pos  
sumus scire uel iuenire. **C** Nota q; eadem materia compo  
ti precedens & eadē intentio est hic. sed melior est utilitas  
huius notabilis. quia sub breuitate multa hic ponūtur q; p  
like in p̄dictis ponūtur. Et potest diuidi in duas. Primo do  
cet inuenire duo alphabeta. Scđo docet illorū ualorē. Scđa  
B. sex hebdomadas. Itē primo docet alphabeta. Scđo do  
cet situare illa in sinistra manu. Scđa. Indicis incipit. Item  
in duas. Primo facit q; dictum est. Secundo ponit differen  
tiā inter illa duo alphabeta siue inter litteras illorum. Se  
cunda. Primum finit. Ea illa diuiditur in duas fīm q; ponit  
duas differentias. Secunda. Vel prime nigre. In prima par  
te dicit auctor q; si tu uelis scire que littera sit tabularis de  
bes cognoscere duo alphabeta. Deinde dicit q; littere pri  
mi debent habere unū punctum post se sed littere secundi  
alphabeti debent habere ante se. & hoc modo differūt ista  
duo alphabeta. Deinde ponit aliam differentiam dicens.  
q; littere primi debent esse nigre. & littere secundi debent  
esse rubree. Postea dicit q; primum inciditur per .b. & fini  
tur in .u. & secundum incipit per .a. & finitur in .q. ita q; b.  
pro littera computatur. **C** Indicis incipit. Hic docet au  
ctor situationē illorum alphabetorum dicens. q; primo in  
cipit in radice indicis & ibi .b. ponitur pro prima littera pri  
mi alphabeti. & situantur littere sequentes in iuncturis in

dicis medii & medici usq; ad sextam iuncturam eiusdem  
medici in qua situatur prima littera secundi alphabeti scili  
cet. a. & situantur ista duo alphabeta in iuncturis interiori  
bus & exterioribus quatuor digitorum computando ori  
mas iuncturas interiores indicis. & polica exteriores. & si  
milter in aliis digitis. ita q; scdm alphabetū finit in grossa  
radice indicis post aureū numerū. Dicit auctor q; litterata  
bularis siue sit primi alphabeti siue secūdi cadens supra lit  
terā dominicale post aureū. i. post tunceturam in qua situa  
tur numerus aureus est littera tabularis anni in quo sumus

Moscere si queris que littera sit tabularis  
Alphabeta duo debes cognoscere primo  
B post pūct prīmū sed apri pūct esto secuudū  
Vel prime nigre fiant rubeeq; secunde  
Prīmū finit in u reliquā se terminat in q  
Indicis incipiet ra primum sexta secundum  
Incipiet medici post aurum tangere lincem  
Que domini poterit hec littera sit tabularis.



Hic docet auctor  
**S**ex hebdomadas. ualorē alphabetorū  
dicens. qn. b. prīmū a. phabeti est littera tabula  
ris habemus n illo anno sex hebdomadas &  
tres dies inter nativitatē dñi & brādones qn. f. septē qn. n  
octo. qn. ii. nouē. & iste lītē sunt primi alphabeti. qn. g. secū  
di alphabeti est līta tabularis hēmus. x. qn. o. xi. & sic habe  
mus regulas principales tabulares. quarū quatuor sunt pri  
mi alphabeti. sc; b. f. a. & ii. & due secundi uidelicet. g. &  
o. Alie autem littere sequentes istas litteras principales ad  
dūt tot dies quot sunt littere post litterā principaliē. quādo  
aliqua littera nō principalis est tabularis. tunc sunt tot septi  
mane a nativitate domini usq; ad quadragesimā quot erūt  
si littera principalis precedens illam uetus principalem

eset tabularis cū tot diebus sunt quot sunt littere ab illa litera principali pcedente usq; ad lram tabularē. tamen in anno bisextili debet semper addi una dies ppter bisextū.

B sex hebdomadas f septenas dat n octo  
U s q; nouē g secūda decē quibus o dedit vna  
Addidit hebdomadas b dies tres diciales  
Littera queq; sequens premissis addit vnu  
Anno bisexti vult vna dies superaddi

Laus deo.

Que uix antiqui potuerunt scribere libris  
Decurrente polo in constanti mente rotuadū  
Aere aſq; domos temptando & sydera cuncta  
Queq; fluūt ex his & quomodo sol moueat  
Intus habes collecta breui compendio & arte.

Diuſio libri.

Quatuor in libro partes non te latet esse  
Quarum prima notat quis solis circulus extat  
Altera demonstrat quo ciclo luna mouetur  
Tercia festa docet que continuo uariatur  
Quartaq; temporibus partitur quatuor annūm

Diffinitio cicli solaris

Est ſpacium ciclus solaris quo peragrande  
Ciculum ſigniferum compleat ſeptem quater annos  
Sol: & idem punctum curſum petit unde recessit  
Hos annos domini clare tibi littera monſtrat  
Quos in iuncturis debes numerare ſinistre

Diffinitio cicli lunaris.

Ciclus lunaris denos nonos habet annos  
Est ſic est ſpacium annorum quo luna mouendo  
Denos & nonos redeundo perficit annos  
Orbis lunaris minor eſt q̄ ſolis & ex hoc  
Tempore: transit curſum ſibi luna minori

Diffinitio feſti mobilis & feſti fixi

Quod certum nec habet nec habere locum ualct illud  
Abſq; aliquo dubio tu feſtum mobile dicas  
Queq; locum remanent certum ſibi fixa uocabis  
Inter mobilia dicas ſemper fore quinq;  
Fixa ſed in numero non ſuunt facili ad numerandū

De quattuor t̄pibus anni &  
primo de uere.

Verq; nouū ſtabit cinctum florente corona  
Pingens purpureo uernantia prata colore  
Ver placidum uario nectit de flore coronas  
Vere nono letis decorantur floribus arua

Veris honos tepidum floret ucre omnia ridente  
De estate.

Stabat nuda etas & spica serta, gerebat  
Horrida ethiopis signis imitata figuram  
Scindit agros estas plebeis ignibus ardens  
Frugiferis aruis fert estas turrida messes  
Flamina ceres estatis: habet sua tempore regna  
De autumno.

Stabat & autumnus calcatis sordibus uiris  
Labra per autumnū musto spumantia feruent  
Pomifer autumnus tenero dat palmitē fructum  
Vite coronatas autumnus degrauat ulmos  
Fecundos autumne latus de uitibus imples  
De hyeme.

Stabat hyems glacie canos hirsuta capillos  
Cuius nix humeros circundat flumina montem  
Precipitant semperq; riget glacie horrida barba  
Albentes hec durat aquas & flumina necit  
Tristis hyems niueo montes uelamine uelcit.

De duodecim signis.  
Signorum principes aries & taurus urna  
Tindaride inuenies & feruida brachia cancri  
Herculeusq; leo nemee pauor almaq; virgo  
Libra iugo equali pendens & scorpius acer  
Centaurusq; senex chiron & cornua capri  
Dilectusq; ioui puer & duo sydera pisces.

De eisdem signis.  
Corniger in primis aries & corniger alter  
Taurus: item gemini: sequitur quos cancer adustus  
Terribilisq; fere species & iusta puella  
Libra simul nigrumq; ferens in acumine uirtus  
Centareusq; biformis adest pelagiq; puella  
Et qui portat aquam puer urniger & duo pisces.

Finis.

Littere tabulares	Aureus numerus	Littere domicales	Septuagesime	Quadragesime	Festa pasche	Rogationes	Penthecoses
b	xvi	d	Ianu.	Febru.	Mar.	Apri.	Mal.
c	v	e	xviii	viii	xxii	xxvi	x
d	xiii	f	xix	ix	xxiii	xxvii	xi
e	ii	g	xx	x	xxiiii	xxviii	xii
f	x	a	xxi	xi	xxv	xxix	xiii
g	iiii	b	xxii	xii	xxvi	xxx	xiv
i	x	c	xxiii	xiii	xxvii	Maii.i.	xv
k	xviii	d	xxv	xv	xxix	iii	xvi
l	vii	e	xxvi	xvi	xxx	iii	xvii
m	xv	f	xxvii	xvii	xxxi	v	xix
n	iiii	g	xxviii	xviii	Apr. i.	vi	xx
o	xv	a	xxix	xix	ii	vii	xxi
p	iiii	b	xxx	xx	iii	viii	xxii
q	xii	c	xxxi	xxi	iiii	ix	xxiii
r	i	d	Febru.i.	xxii	v	x	xxiv
s	ix	e	ii	xxiiii	vi	xi	xxv
t	ix	f	iii	xxiiii	vi	xii	xxvi
u	xvii	g	iiii	xxv	viii	xiii	xxvii
v	a	v	xvii	xvi	ix	xiiii	xxviii

**Littere tabulares****Aureus numerus****Littere dñicales****Septuagesime****Quadragesime****Festa Pasche****Rogationes****Pentechostes**

	<b>Febr.</b>	<b>Febr.</b>	<b>Ap.</b>	<b>Maii</b>
<b>A</b>	<b>vi</b>	<b>b</b>	<b>xv</b>	<b>xxix</b>
<b>b</b>		<b>c</b>	<b>xvi</b>	<b>xxx</b>
<b>c</b>	<b>xiii</b>	<b>d</b>	<b>xvii</b>	<b>xxxi</b>
<b>d</b>	<b>iii</b>	<b>e</b>	<b>xviii</b>	<b>Iunii p.</b>
<b>e</b>		<b>f</b>	<b>xix</b>	<b>ii</b>
<b>f</b>	<b>xi</b>	<b>g</b>	<b>xx</b>	<b>iii</b>
<b>g</b>		<b>a</b>	<b>xxi</b>	<b>iiii</b>
<b>h</b>	<b>xix</b>	<b>b</b>	<b>xxii</b>	<b>v</b>
<b>i</b>	<b>viii</b>	<b>c</b>	<b>xxiii</b>	<b>vi</b>
<b>k</b>		<b>d</b>	<b>xxiv</b>	<b>vii</b>
<b>l</b>		<b>e</b>	<b>xxv</b>	<b>viii</b>
<b>m</b>		<b>f</b>	<b>xxvi</b>	<b>ix</b>
<b>n</b>		<b>g</b>	<b>xxvii</b>	<b>x</b>
<b>o</b>		<b>a</b>	<b>xxviii</b>	<b>xi</b>
<b>p</b>		<b>b</b>	<b>xxix</b>	<b>xii</b>
<b>q</b>		<b>c</b>	<b>xxx</b>	<b>xiii</b>



**D**Ec precedens tabula ualeat a I sciendū que līra sit tabularis in primo ordine. In secundo quis numerus aureus. In tertio que līra dñicalis. In quarto in quo mēle & quota mensis erit septuagesima. In quinto in quo mēse & quota mēsis erit quadragesima. In sexto in quo mēse & quota mensis erunt rogatiōes. In ultimo in quo mēse & quota mensis erit penthecostes. Vnde aduentum q̄ pro intelligentia eiusdem tabule presupponitur per tabulam precedentem positā in suo loco in p̄senti ope re in quo anno circulari sumus. i. quot habemus pro numero aureo: & quam līram dñicalem habemus: & deinde oportet respicere ubi est ille numerus aureus in secūda linea & ita ad līram dñicalem sequentem predictū numerū aureū: & directe procedere per ordinem scđm predicta festa. Sed est aduertendum q̄ nos non debemus accipere līram dñicalem si directe ponatur post predictum numerū aureū in anno non bissextili. Et in anno bissextili non debemus capere litterā dñicale si imediate sequatur p̄dictū numerū aureū. sed debemus recurrere ad līram dñicalem sitā i secūdo loco post p̄dictū numerū aureū. Similiter est aduertendum q̄ in unoquoq; anno bissextili pro. lxx. &. xl. si ipsa requirat debemus manere sup priori littera: & pro aliis festis scilicet pasche. penthecostes. & rogationibus debemus ascēdere ad superiorem līram predicte prioris: que littera erit dñicalis pro predictis ultimis festis mobib;.

**C**Liber Compti cū cōmento finit feliciter Impressus Rome per Andream Fritag de Argentina. Anno a nativitate domini. Millesimo quadragesimo nonagesimotertio. Die uero. x. Iunii. Sedente Alexandro sexto Pont. Max. anno eius primo.

**C**laus deo.



196


Tempora cum causis phebi phebēq; calendas  
Bisextum & ciclos edocet iste liber  
Excutere ut ualeat priscorum tempore densas  
Erroris nebulas aura benigna fugat  
Octo manus patule monstrant o contio cleri,  
Tende tuas propere largiter ista pete.  
Hec. B. S.






L'admiral d'Amiral de la marine  
Bibliothèque du Roi de France à Paris  
Exemplaire du Musée National de l'Armement  
Editions Techniques et Scientifiques  
Quotidien des Armées et du Génie  
Tome de l'Institut National d'Hygiène  
Hec D Z







BIBLIOTECA DE CATALUNYA



1001959049

8°

INSTITUT  
D'ESTUDIS CATALANS

BIBLIOTECA DE CATALUNYA

Núm. 45.652

Armari *Incat*

Prestatge

55

